



~~17~~  
EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

V-1

SIGNAT. MDCCCXXIII

Cenotaphium  
VIRO CLARISSIMO  
**ELIÆ MAIORI**

Vratisl. Silef.

Pro-Rectori & Professori Vratislaviensium  
Gymnafii Elifabetani Emerito,

FILIO

Philologi Celeberrimi

**ELIÆ MAIORIS, Vrat. Sil.**

Olim Scholarum Vrat. Aug. Conf. addictarum Inspectori,

Ejusdemque Gymnafii Rectoris vigilantissimi,

Cum quo junctim, in uno eodemque Gymnafio

non interruptâ serie, per annos XCVIII. ferè

raro Exemplo,

docendo gnaviter defudavit,

Sæculum consummaturus,

SI DEUS T. O. T. M. ut Vitam

Quam ad Annum ætatis LXXX. & VI. Menses

sanus in corpore sano, & nec in otio otiosus

perduxit,

ita & Vires largitus fuisset,

erectum.

ab Ejusdem Gymnafii

PROFESSORIBUS & PRÆCEPTORIBUS,

addito,

quod piè Defunctus, paulo ante obitum,


qui accidit die XXIX. Martii Hebdomadis ΠΑΨΗΤΙΚΗΣ;

Anno M DCC VI. cujus die V. Aprilis

Solemnibus Exsequiis ad S. Elifabetanam Ædem

honorabatur,

Ipse sibi posuit.



VRATISLAVIAE,

In Officina BAUMANNIANA Typis exprimebat

JOHANNES JANCKIUS,

Typographæi Præfectus.

*Præf. Joh. Janckius*





## MONUMENTUM DEFUNCTI.

Mors congressa mecum morienti.



Orpus enervum es: refertus imbecillitatibus,  
Nec datur spes ad salutem pristinam. Num  
vis mori?

Si volet Christus. Volente, nil moror, ve-  
nias repens,

Scilicet per me pugillus exies cinisculi,  
Obtines prisicum, doloque cognitum vis fallere.  
Nonne ego claves polorum ferre clam te contuor?  
Nonne tu purgata reddes membra vertici suo!  
Nonne te totam mihi tu per sepulcretum exues,

---

**F**Erunt, sepulcra tota foeta foetere,  
Atque oculiferia mille subministrare,  
Horrenda, turpida, monstruosa, perversa.  
Tu vero, Christiane, fabulis vulgi  
Fidem cave praeberè, Firmiter credens  
Cum mortuorum civitate donatus  
Olim sepulcri fornicem subintrabis  
Horum omnium nil temet esse visurum,

E. M.

EPI-

## EPITAPHIUM.



Qualis omnes quomodo Vias terat,  
Semper biformis, usque major & minor  
Viator, inter Itineris nunquam pares  
Socios: quibus dat una Comparatio  
Iam discrepantem Magnitudinis Gradum?

Vallis minores, Monsque majores facit,

En! hac in Urna major & minor jacet,

Est ille multis notus ELIAS Viris

MAIOR, Patri cognominis, natu minor:

Major Philologis plurimis, paucis minor.

Vitam per omnem major & minor fuit.

Minor sub Auras editus, capax Puer,

Ætate major, Arte major, non minor,

Suam probabat Indolem Doctoribus.

Intra Lyceum Patriæ diu minor,

Major colebat VVitebergæ Literas,

In eruditis Fratribus, doctum Patrem

Fida secutus Mente, majorem minor,

Major minorem vincere studebat sagax.

Olfensis aptâ Lege Formator Scholæ;

Major Laborem deinde majorem vigil

Subibat intra Gymnadem Budorgicam.

Scandens ab imo semper ad sublimius:

Minor sedebat, unde major surgeret:

Major modestus semper in minoribus,

Minor quietus semper in majoribus:

Suâ beatus Sorte major & minor.

Cœlebs notabat Matrimonii Mala;

Felix amabat Solitudinis Bona:

Tot Liberorum, quot Pater Discipulorum.

Foris peritus, & peritior domi:

Majore major Rege, Rex minor sibi.

Tandem Labore fractus, & Vitæ satur,

Iam major Annis octies decem Senex,

Pro Morte Somnum sustinebat ultimum,

Suis daturus Gaudium Majoribus,

Major minorque mixtus inter Cœlites.

Vides? In Orbe, cujus in Comœdia

Virtus minores, Umbra majores creat,

Pius Viator jam minor, jam major est.

Major futurus semper, est semper minor.

MARTINUS HANKIUS.

**B**Eata tandem, Fauste MAJOR Incola  
 Æternitatis, Mortis opatissima  
 Documenta monstras, ceu peritus Artifex  
 Mortis beatæ. Namque, cum multiplices  
 Scientiarum tradidisses fat diu  
 Opes Juventæ, terrearum denique  
 Scientiarum tædio ductus, Necis  
 Artem beatæ præferebas omnibus.  
 Hanc diligebas, hanc colebas unicum;  
 Hanc in Theatro lufibus piis dabas  
 Considerandam; feriis sermonibus  
 Hanc prædicabas; hanc subinde qualibet  
 Occafione mox polito carmine,  
 Mox & foluris explicabas lineis.  
 Ne te vel ullis impediret aufibus  
 Illecebrofus hujus orbis imperus,  
 Te fubtrahebas auribus procacibus  
 Oculisque Mundi, Mortis unice vacans  
 Meditationi, Gaudiisque cælicis.  
 Hinc inter hujus turbidæ negotiæ  
 Vitæ, necisque tempus extremum tuæ  
 Spacium locabas, omnibus gratum tuæ.  
 Te nunc abunde præparatum fustulit  
 Mors perbeatæ, dum REDEMPTORIS necem  
 Devota corda prædicant Ecclesiæ.  
 Placidæ quis ergo se neci felicibus  
 Te præparavit? Quisve tranquillo dies  
 Beatiori terminavit exitu?  
 Nam, qui REDEMPTORI optimo vivit fuo,  
 Et cum REDEMTORE optimo moritur fuo,  
 Is cum REDEMTORE optimo certè fubit  
 Cæleste Regnum, fempiterna gaudia.

Gottlob Frank.

**D**ilecte MAJOR, Rex meæ pueritiæ  
 Quondam fidelis: fuavitate temperans  
 Pueris moleftas artium radículas,  
 Pubemque mira doctus arte fingere:  
 Majoris Idem ductor annis ultimis,  
 Florentioris atque Profeflor gregis:  
 Opes Latinas, conditas Auctioribus,  
 Quos edidit gens Romuli, præftantibus;  
 Mirâ explicabas candidus folertia.  
 Poëftos Poëta doctor oprime,  
 Labella Juvenum rore Mufarum rigans:  
 Et erudita quicquid Hellas continet,  
 Complexe mentis impigræ lato finu:  
 Tu funditabas Cætui pulcherrimo:  
 Artis paternæ compos & laudis fimul,  
 Nec Fratris hac in parte Gloriæ minor;  
 Cujus fuperbiebat olim lumine  
 Chilonium, tellure Cimbrica micans,  
 Longeque fulgens Artis & Sophiæ Pharos.

)( 2

Artis

Artis sed Idem Candidatus Artium,  
Christo dicatur; Mortis artem discere  
Nava studebas diligentia catus:  
Nil actiarum gnarus arte Musica:  
Laboriose & erudite fabula,  
Ni Mors beata, læta sit catastrophe.

Senex beate, lumen additum polo.  
Non indecoro fordidate pulvere:  
Quod quæritabas, quod studebas unice:  
Quod quæritandum, dicitabas unice:  
Mortis Triumphatore fretus unice,  
Agglutinatus corpori Fidelium:  
Nunc affectus, ter, quater felix, tenes:  
Et eruditæ solitudinis Tuæ  
Subinde si Tibi fuit fastidium:  
Nunc illud inter æviterna gaudia,  
Cæus beatos inter, anre Numinis  
Thronum, serenâ luce vincens sidera;  
Dedistis, haustu Nectarisque diluis.

### Gottfried Bohl.

**Q**uis fuerit Major, clarum prænomen & ejus  
Nobile cognomen significare potest.  
Dicitur Ælijah Dominus DEUS est meus Hebro,  
Hunc Jah seu Dominum credidit esse suum.  
Nec quoque possedit Majoris condecorandum  
Cognomen sine re mystica multa loquens.  
Trinos Ælijas numerarunt Theiologorum  
Pulpita, Thesbitam veridicum Isaacum  
Ammud, Ner, Nescher, Marcabhoth arque Paraschim  
h. e. Lumen, collumen, plaustrum resonans, equitesque:  
Qui curru ignivomo transiit altra poli.  
Jochanan huic Baptista fuit ratione secundus,  
Spiritus Ælijæ cui fuit æthereus.  
Tertius Ælijas posthæc Lutherus ad Albium  
Fulserat, impavido pectore vera docens.  
Subjungo Eliam Majorem his nomine quartum,  
Rectorem, Aonidum delictum atque jubar.  
Addimus hinc Natum Patri vix laude minorem,  
Ælijam quintum longius Emmeritum.  
Qui fuit ingenio magnus: sed major amœni  
Artibus & studiis, maximus at senio.  
Romulidum Doctore fuit ter major Isaac  
Ætate & meritis, religione probâ.  
Ut prudens tandem Vir nil faciet sine metâ;  
Sic nostro mortis fontica causâ fuit.  
Nam post Palmarum solem quærit Solymorum  
Urbem, quo ferret palma dona manu.  
Hinc ostensus, decessit luce Dianæ  
Linquere convexi se variantis onus.  
Evstasii titulo pretioso luce notatâ  
Evolat, evincens, se bene stare DEO.  
Ut prius in CHRISTO crucifixus tristitia sensit:  
Sic posthæc superum paschata læta colet.

Bresla

Bresla suum interea Majorem deslet, & orat.  
Jova minorem illo reddere nolit ei.  
Lampada qui capiens porrectam corda juventæ  
Doctilquo SERTO CONdecoRare velit.

M. Daniel Springer

**M**AGNUS eras, dum MAJOR eras Clarissime; MULTOS  
Vincens, & Annis, Literisque, & Artibus.  
MAJOR eras Idem. PLURES Virtutibus æquans,  
Quarum fuit dives penes Te Copia,  
MAXIMUS in vera sed Cognitione fuisti  
Veri DEI, qua præstifisti PLURIMOS.  
Denique, morte effes placida ut quoque MAGNUS in ipsa,  
MAGNA beate septimana exstingueris.  
Nunc, seu sis PARVUS, MINOR aut, MINIMUSve, Polorum  
In Arce, MAGNUS es fat, imo MAXIMUS.  
MAJOREM interea Te feri Laude MINORES  
Tollent, erit Fama & Tua usque MAXIMA.

BALTHASAR STEPHANI.

**A**NNOSE MAIOR, major Hebdomas votis  
Oprata tandem Tibi piissimis venit:  
Vt, qua Redemptor mortuus fuit noster,  
Tu quoque beata Morte clauderes vitam.  
Parvus Statura, magnus Artibus claris,  
Major subinde Dignitate fiebas.  
Reftabat unus maximus Gradus: larga  
Quem Dextra jam nunc contulit Tibi CHRISTI.  
Sic lætus omni Vanitate desertâ,  
Quam mente tora spreveras, inoffensa  
Frui quiete poteris & superbirè,  
ÆTERNITATIS GLORIOSE POSSESSOR.

M. CASPAR ARLETIUS.

Ὁ μακάριε, εὐ σοὶ, ἀνάδινον ἐς ζωὴν ἕως, ἐν ᾧ  
Οὐδεμίαν νῦν σου γὰρ ἐς αἶθρον καὶ ἀνερχο  
κῆν αἰῶσον. ἰκὸς γὰρ ἐς αἶθρον καὶ ἀνερχο  
Πιστοῦν, ἢ εὐσεβῆς μετὰ πότμον ἀπαντῶ  
ἀψόνται, πρὸς τοὺς πύθωνας μάλα πικρὰς ἀντι  
ταύτων νῦν καρπὸν συνεχῶς σὺν πνεύματι ἁγίῳ  
Οὐραγῆς μετοχῆς, ἢ παμμενῶν αἰ σὺν ψυ  
ἀθανάτων πόθῳ ἡμεῖς παρῆ ἕξασιν ἀνακλι  
Εὐλαβῶν μιν πῦσσας πρῶτον βίωται.  
Ἢ κερδῶν σὺν αἰῶ θωῶ, ἢ δε προσέθεντο κέρω  
τῷ κενῷ, ἐν ᾧ πτε κερδῶται πρῶτον το πτερον,  
ἀλλ' ὡς υπερηφανῆ τ' ἀποβήμα, καὶ κακὰ πάλαι,  
ἀλλὰ καὶ ἕξασιν θεοῦ, ἵτε Γνωστικῶν  
Ἦσαν νοθεύσθη καλοῖσι καλῶς ἐδάστα,  
Ἦσαντες ἐς εὐθείαν Μυστῶν ἀρῶν β' ἴδον ἕξασιν,  
Ἦσαν ὡς οὐδ' οὐδ' παρ' αἰσχρῶν πῶν κακῶν καὶ ἀλεθρῶν  
ἀλλὰ τὸ δὴ πῶν ἕξασιν ὅτι ἐν ἁδωπτικῶν  
τῶν ἀρχαῖων σοφῶν ἐπῶντες ἀνδρῶν ἰδῶ πάλαι.

X 468



Χαίρου νῦν εἴπας γαῖη, καὶ ἐς ἄγλαον αἶαν  
 ὄχθου τῶν μακαρίων, ἐπὶ ἀνερχοῖα χάσματ' ἔασθαι,  
 Ὅσον νῦν τοῦ σὺ ἐξουχθῆς θ' αἰ' ἀδελφοῦ.  
 Ἀντοῖ νῦν Μεζῶν πάντων ἄλλων ἐραστής  
 Ἐν Κόσμῳ ζῶντων· Νῦν ἀεὶ νῆδ' ἔμενε  
 κτήματ' ἔχεις, ἄπερ ἀν' ἀεὶ κλῶνται σπῆ λ' ἰσὶ πάντες  
 Ναιόντες· καρπῶν τε καὶ βελτίσιμῳ θείῳ  
 Νῦν γέρας χωρὶς Φθῶν αἰὼν, ὃ βόλετ' ἐκίμῃ  
 τοῖς ἐν γῆ ζωῶσι καλῶς πάντες διδόνται,  
 Ἴδὲ καλῶς πάντες ἐσθῆται βροτοῖσι.

### Verfio Latina.

**O** Beate, bene Tibi, immunem à periculo in Portum ingressus es, in quo  
 Nullus Morbus horridus, & nullus Dolor Te  
 Jam incrore afficiunt. Pervenisti enim ad æternam & veram  
 Quierem, quam omnes post mortem pii  
 Accipient, senex desiderasti valde sæpius eam.  
 Hæc nunc frueris continuè cum genis sanctis  
 Cœlestis Societatis, cui Regens omnia Te conjunxit.  
 Immortali Cœli omni tempore vixisti Regi,  
 Pietat' eum honorans & fide & Vitâ.  
 Cor tuum semper DEO, non autem adhæsit Mundo  
 Vano, in quo dominantur Concupiscentia prava,  
 Turpis superbia, & impietas ac mala multa.  
 Sed etiam vixisti mortalibus, dum Gymnasti  
 Juventutem Monitis bonis bene docuisti,  
 Quam in rectam Eruditionis & Virtutum viam duxisti,  
 Et à viâ abduxisti vitiorum atque perditionis.  
 Insuper & sanè Tibi vixisti, dum inter Homines  
 Bonam famam adeptus es diligentia multâ.  
 Terræ nunc valedixisti. & in splendidam ædem  
 Beatorum abiisti, ubi mera gaudia sunt,  
 Ubi nunc Parenti tuo junctus es & simul Fratribus.  
 Ibi nunc Major omnibus aliis factus es  
 In Mundo viventibus: nunc cœlestia atque maxima  
 Bona tenes. quæ minimè possident super Terrâ omnes  
 Habitantes: frueris ter-Optimi DEI  
 Nunc premio absque invidia semper, quod vult ille  
 In Terrâ viventibus bene omnibus dare,  
 Et bene omnibus morientibus mortalibus.

In Honorem & memoriam beatè Defuncti,  
 Græcæ Linguæ quondam Professoris in nostro Gymnasio,  
 Homericis metris hoc Monumentum elaborabat

**CHRISTOPHORUS Scriben.**

Mors congressa cum Moriente ELIA MAJORE.

M. **M**Orti, cum parvis cum Magnis undique bellum.  
 Mors æquo pulsat pede turres atque tabernas,  
 Magnus Alexander, Pompejus erat quoque Magnus,  
 Aft, vici mecum congressos, obtinuique.  
 MAJOR, quid fentis? Majorem mene putabis?

EL.

EL. M. Sic puto. Nam pharetram, fregit de Morte triumphans  
CHRISTUS Salvator, spes unica & una Salutis.  
Corporis exuvias trado, illas protinus aufer  
Er ferva ad tempus, MAJOREM, cætera mitte.  
Palliolum ELIAS inhaquebat Numine plenus,  
Flammigeræ cum ipsium veherent super astra quadrigæ.

M. JOHANN FRIDERICUS BREMERUS.

**H**Actenus Emeritus, MAJOR DILECTE, fuisti:  
Nam meritò requiem poscit habetque Labor.  
Tot vario Juvenum & Puerorum dogmate mentes  
Instruere, ut fiant egregii arte viti.  
Quot Schola per multos fatis ad se suscipit annos,  
Exiguus non est hic facilisque Labor.  
Inde fatigatum rude Te donare volebant.  
Quos penes est nostræ Jura fovere Scholæ.  
Sed qui non meritâ meruit Tibi Morte Salutem.  
Absque Tuo merito Te super Axe beat.  
Quanto igitur minor hic Te conspiciendo fuisti,  
Tanto etiam in Cæli culmine major eris.

Friedrich Kaubach.

**Q**uo minor hic aliquis studuit coram omnibus esse,  
Ex vivo CHRISTI exemplo, iustoque relicto,  
Qui tanquam minimus certe hoc versatus in orbe:  
Hoc major coram Sacro-Sancto Numine tandem  
Vivet, & accipiet Virtutis præmia digna.  
Quid de Te dicam. Senio Vir de venerande:  
Major, erat Nomen: nihilo sed major haberi  
Hic aliis unquam voluisti, sed minor esse  
Quærebis potius, CHRISTI ut fulgeret Imago  
In Te, quâ gratus fieres Ejusque Parenti:  
Major reddendus quondam super astra locatus,  
Quò jam quaesito frueris cum Gente beata.

JACOBUS WILISIUS.

**M**agnorum Fama clari celebresque fuerunt  
Multi, quos inter Doctos noster quoque MAJOR  
Censendus, quia Vir non tantum Nomine, sed Re,  
Subtilique fuit Doctrina & Dexteritate.  
Sat dixi: vixit Ludo. Qui nostis Eundem  
Sæclo à dimidio, quos Artibus instituendo  
Multum sudavit, precor, o! optate Quietem  
Emerito placidam, & Tumulo super addite Verba:  
Huic Preceptori fido vix par alter erit.

Christian Bayer.



Ung.

VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.  
= Fumeralia K.-R.]

X.285598A

W 17  
W 18



Cenotaphium  
VIRO CLARISSIMO  
**ELIÆ MAIORI**

Vratisl. Silef.  
Pro-Rectori & Professori Vratislaviensium  
Gymnafii Elifabetani Emerito,  
FILIO  
Philologi Celeberrimi


**ELIÆ MAIORIS, Vrat. Sil.**  
Olim Scholarum Vrat. Aug. Conf. addictarum Inspectori,  
Ejusdemque Gymnafii Rectoris vigilantissimi,  
Cum quo junctim, in uno eodemque Gymnafio  
non interruptâ ferie, per annos XCVIII. ferè  
raro Exemplo,  
docendo gnaviter defudavit,

Sæculum consummaturus,  
Si DEUS T. O. T. M. ut Vitam  
Quam ad Annum ætatis LXXX. & VI. Menfes,  
fanus in corpore sano, & nec in otio otiosus  
perduxit,  
ita & Vires largitus fuiffet,  
erectum.


ab Ejusdem Gymnafii  
**PROFESSORIBUS & PRÆCEPTORIBUS,**  
addito,

quod piè Defunctus, paulo ante obitum,  
qui accidit die XXIX. Martii Hebdomadis ΠΑΡΑΣΚΕΥΗΣ,  
Anno M DCC VI. cujus die V. Aprilis

Solemnibus Exsequiis ad S. Elifabetanam Ædem  
honorabatur,  
Ipse sibi pofuit.



VRATISLAVIÆ,



Farbkarte #13

B.I.G.

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black

18. 2. 1874

